

RODERICI XIMENII DE RADA  
HISTORIA OSTROGOTHORUM

*Juan Fernández Valverde*

La *Historia Ostrogothorum* del Toledano ha sido editada hasta la fecha en tres ocasiones: por Sancho de Nebrija (Granada, 1545), por Schott (Francfort, 1603) y por Lorenzana (Madrid, 1793). La presente edición aspira, por tanto, a completar la necesaria revisión crítica de la obra de D. Rodrigo que inicié hace algunos años con *De Rebus Hispanie* (Tesis Doctoral; Sevilla, 1978) y continué con la *Historia Romanorum* (*Habis* X-XI, 1979-70, pp. 157-182).

Los mss. colacionados han sido cinco: *A: Matritensis* B.N. 7.104 (s. XIII); *B: Complutensis* B.U. 143 (principios s. XIV); *D: Matritensis* B.N. 301 (s. XIII); *F: Matritensis* B.N. V.<sup>a</sup> 4-3 (finales s. XIII); *G: Matritensis* B.N. 7.008 (finales s. XIII). Con respecto a las dos obras anteriores falta el ms. *I* (*Escorialensis* ç. V. 12) que concluye con el final de la *Historia Romanorum*. Para cualquier detalle tanto acerca de las relaciones de los mss. como de las ediciones remito a mis dos obras citadas más arriba.

La *Historia Ostrogothorum* plantea el problema de su finalidad. Al final del Prólogo dice textualmente el Toledano: *set quia successiones et acta Vesegothorum in alio libro digessimus...* Este *alio libro* es *De rebus Hispanie*, en concreto desde el cap. viii del libro I hasta el final del libro II. Y la expresión *digessimus* indica sin lugar a dudas que el otro libro ya estaba terminado. Por tanto ¿para qué escribe D. Rodrigo esta obrita sobre un asunto que ya ha tratado con mucha más amplitud y en la que añade muy pocos detalles nuevos y para la que utiliza las mismas fuentes, S. Isidoro y Jordanes? Es una cuestión que dejo en el aire.

PROLOGUS IN HISTORIA OSTROGOTHORUM

Cum Gothorum causa olim in Athanaricum et Frigidernum  
 fuisset diuisa, ea lege in concordiam redierunt, ut Frigidernus  
 Ostrogothis et Athanaricus Vesegothis preminerent. Hii autem  
 qui ab oriente tabernacula metabantur dicti sunt Ostrogothi,  
 5 quasi Orientales Gothi; Oster enim uocant in lingua gothica  
 orientem, et inde Osterric, id est, orientale regnum. West autem  
 occidens interpretatur, et inde Westgothi, quasi Occidentales  
 Gothi. Unde alia pars Theuthonie Westfalia nuncupatur, quasi  
 10 occidentalis campus. Et ex tunc usque ad Frigiderni interitum  
 regni diuisio perdurait. Post cuius mortem Athanaricus solus  
 optinuit principatum, set et eo mortuo in Alaricum et Reda-  
 gaysum iterum sunt diuisi. Verum Redagayso in Tuscia inter-  
 fecto Alaricus solus optinuit curam regni, et sic postea res  
 15 remansit donec Ostrogothi seiuncti ab aliis sedes proprias  
 metabantur et in Mysia et ripa Danubii morabantur. Vesegothi  
 autem Pannoniam, Gallias et Hispanias inuaserunt, in quibus  
 etiam sedes ultimas posuerunt; unde et quasi propheticæ dicti  
 sunt Vesegothi, id est, Occidentales Gothi. Ostrogothi autem  
 cum Hugnīs, Pannoniis et Romanis grauia bella gesserunt. Set  
 20 quia successiones et acta Vesegothorum in alio libro digessi-  
 mus, in hac parte Ostrogothorum successiones et prelia pro-  
 sequamur.

---

1 causa cum (*in marg. al. m. causa*) D 3 Vasegothis D 4 post Ostrogothi *add.* et D 7 interpretantur *edd.* 8 Unde: Inde *Neb.* 10 diuiso D // morte A 11 *pr.* et *om.* A 12 iterum: interim *Neb.* // Verum: Unde *edd.* 14 mansit *edd.* 15 et in... morabantur *in marg. al. m. D* // et in ripa A 17 et *om. edd.* 18 sunt *om.* FG 19 qui Hugnīs *edd.* 20-21 subsequemur D.

## CAP. I

*De Regibus Ostrogothorum et actibus Theodorici*

Mortuo Athila Valamer rex Ostrogothorum et Ardaricus rex Gepidarum contra Hugnos qui remanserant processerunt. Hugni autem ex aduerso uenientibus occurrerunt et conserto prelio Hugni cesserunt, et tot ex Hugnis cesi fuerunt quod  
 5 deinceps Ostrogothorum potenciam metuerunt. Post hec Leo imperator cum Ostrogothis pacem firmauit et Valamer rex eorum dedit obsidem nepotem suum Theodoricum, filium fratris sui Theudemiri. Mortuo Valamer frater eius Theudemirus regnum suscepit Ostrogothorum, cui Leo imperator statim  
 10 restituit filium suum Theodoricum, quem obsidem receperat a Valamere. Mortuo Theudemiro successit in regno Ostrogothorum filius eius Theodoricus. Huius bonitas ita enituit cum esset obses, ut tam ab imperatore quam a Romanis carissimus haberetur, adeo ut fame eius pura sinceritas ad aures Zenonis  
 15 relatu celeri perueniret. Unde et Zenon, qui Constantinopoli imperabat, Theodoricum ad se uenire suis epistulis inuitauit, et recepit iocundo aplausu et congruis honoribus uenientem et in consulem et patricium exaltauit et ei eream statuam ante palacium collocauit. Cumque ibidem aliquanto tempore imperialibus deliciis teneretur, ceperunt Ostrogothi aliquantulum  
 20 murmurare, eo quod deffectu uictualium uexarentur nec licebat eis propter pacis federa a uicinis gentibus aliquid atemptare. Unde et pacem initam causabantur et Theodorico talia nunciarunt. Que audiens Zenoni continuo reuelauit. Zenon  
 25 autem de Ostrogothorum penuria contristatus, quia nolebat Theodoricum a se fieri alienum quem tantis uirtutibus com-

---

Inscr. ET DE ACTIBUS *B* edd. 5 meruerunt *a. corr. D* // hoc *D* 7 Teodericum *FG* 7-8 fratris sui *in marg. F* 8 Theudemiri. Mortuo Valamer *om. F* 10 suum *s.u. B*, suum filium *edd.* 11 a Valamer *edd.* 12 Theodoricus *B Neb.* 14 habetur *G* 15 Constantinopolim *A* 18 consule *G* 19 aliquando *D* 21 vexabantur *a. corr. B* 26 a se fieri Theodoricum *D*

pererat habundare, tradidit ei Ytaliam, ut ciborum inopie subueniret, et comendauit ei senatum populumque Romanum. Egressus igitur a Zenone uenit ad Ostrogothos, nuncians eis 30 ut se pararent ad optinendam Ytaliam sibi datam. Cumque pergere incepissent, Gepide et Bulgari se illis in itinere obiecerunt, set ex eis plurimi ceciderunt; et uictor Theodoricus exiens de Mysia et transiens per Pannonias Ytaliam est ingressus.

---

29 Ostrogotas B, —thorum (—tas *al. m. s. u.*) D 33 exiens *om.* F

## CAP. II

*De Odoacar et morte eius*

Odoacar autem rex Herulorum, qui in Pannonia residebat cum multitudine Herulorum et Thuringorum, fugato Oreste patricio et optenta ciuitate Ticini deposuit ab imperiali purpura Augustudulum, qui imperialem usurpauerat potestatem et Romam optinuerat et tocius Ytalie principatum. Hic, cum  
 5 audisset aduentum Theodorici, prope Aquilegiam occurrit Theodorico, ibique pugna inita Odoacar uictus extitit et fugatus; Theodoricus autem usque Veronam eum persequi non cessauit. Presumpcione denuo restaurata bellum iterum in-  
 10 nouauit, set eadem infelicitate qua prius, pluribus de sua multitudine interfectis, ipse iterate fuge subsidio est relictus; set Theodoricus impetus persequens fugientes eciam Veronam locum refugii occupauit. Odoacar autem in urbem fugiens a  
 15 ciuibus est abiectus et ei introitus denegatus. Ipse uero, que attingere potuit, gladio et incendio deuastauit, et Ravennam ueniens, ibi se clausit gestiens rebellare. Theodoricus autem optenta Verona venit Mediolanum et eam optinuit et Ticinum. Ibique dimissis matre et sororibus et suppellectili familiari  
 20 Ravennam iuit, Odoacar profugum obsessurus; et cum obsidione diutina arctaretur, Odoacar sub fide se dedit Theodorico. Qui demum uolens iterum rebellare, a Theodorico morte crudelissima est peremptus. Mortuoque Odoacar frater eius Onoulphus cum residuis Odoacar Theodoricum uoluit infestare, set uictus ab eo trans confinia Danubii est fugatus.

---

*Inscr.* ODOCARE *Neb.*, ODOACRE *Sch. Lor.* 1-2 qui... Herulorum *om. ed.* 4 Augustulum *Sch. Lor.* 6 occurrit FG 7 Odocar *Neb.*, Odoacer *Sch. Lor.* 8 usque ad D 10 quam A 11 multi (*a. corr. F*) FG 14 ei *om. A* // qui A 17 et Ticinum *in marg. B, om. edd.* 28 *alt. et om. edd.* 19 Odoacrem *Sch. Lor.* // profungum obsequiens G 20 uero sub A // se dedit: subdidit *p. corr. F*, fiedit G 21 Qui... iterum *post Theodorico iter. D* 22 Odoacre *Sch. Lor.* 23 residio D // Odoacris *Sch. Lor.*

CAP. III

*De Regno Theodorici in Ytalia*

- Post hec autem Theodoricus pacifice optinuit Ytalie principatum, et Romam ueniens a Romanis omnibus uoluntarie est receptus. Ipse uero, ut erat uir gracie et uirtutum, sic se sciuit omnibus conformare ut carus ab omnibus haberetur.
- 5 Et quia tunc temporis stipendia uictualium fuerant minorata, assignauit Romanis singulis annis cxx milia modiorum, pro quo Romanis carior est effectus; et quamuis tot fauoribus redundaret, numquam uoluit imperatorum dominio derogare, set omnia quiete, omnia pacifice gubernabat, et per totam
- 10 Ytaliam regalia habitacula opere nobili fabricauit; cuius uirtutes<sup>4</sup> Sinodius et Enodius prosecuntur. Cumque itaque in Ytalia annis xviii uictor regnasset, audiens extinctum regem Gothorum Gysaleycum, cepit in Hispaniam proficisci et in uia Francorum superbiam domuit et prostrauit, et partem
- 15 regni quam manus hostium occupauerant, Gothorum restituit potestati; et intrans Hispanias regnum tenuit annis xv pro Amalerico nepote suo, qui paruulus adhuc erat, et totam Hispaniam et Galliam Gothicam subiugauit. Cumque nepos Amalericus ad etatem legitimam peruenisset, Theodoricus regnum
- 20 Gothorum dimisit eidem, mandans filie et nepoti et quasi uoce testamentali denuncians ut senatum populumque romanum diligerent et imperatorem orientalem haberent propicium et pacatum. Ipse uero reuersus est in Ytaliam et per ipsum fuit Rome dignitas restituta, nam partem murorum, quam Alaricus
- 25 et Athaulphus reges Gothorum et Gisericus rex Vandalorum uastationis tempore dissiparant, ipse redintegrait, et prospere regnum rexit. Unde et a senatu statuam meruit inauratam. Amalaricus autem nepos eius cepit regnare era dlxv et quinque annis regnauit sine auo et tam suam adolescenciam
- 30 quam matris uiduitatem Iustino Orientis principi comendauit.

4 omibus F // conformare... omnibus om. F 6 mediorum a. corr. D 7 et om. A 8 Imperator Neb. 11 Sidonius D 12 xviii F, xix G 15 stituit G 21 testamentabili A 24 Alaricus: alacrius G 26 reintegrait G 27-28 inalitatam F 28 Amalricus B 29 ano a. corr. in marg. D

## CAP. IIII

*De restitutione arriane heresis per Theodoricum et de morte eius*

Zenone mortuo Iustinus catholicus suscepit imperium Orientis. Tunc Ormisda Papa misit ad eum Germanum episcopum capuanum, quem Iustinus propter sanctitatis sue preconium honorauit. Eo tempore heresis arriana adeo inualuerat  
 5 quod fere utrumque imperium infecerat uiru suo. Gothi eciam, Vandali, Alani et Sueui a tempore Valentis imperatoris eadem perfidia tenebantur. Predictus autem Germanus episcopus multos apud Constantinopolim ad fidem catholicam reuocauit, et Iustinus mandauit catholicis episcopis ecclesias restaurare  
 10 et per sacerdotes catholicos gubernari. Quod audiens Theodoricus arriano ueneno repletus, ad Iustinum nuncios destinauit ut arrianis episcopis ecclesias restitueret et eos in pace permitteret remanere, alioquin ipse in omnes de Ytalia deseuiret et nec sexui parecet nec etati. Nuncii autem cum lacrimis postularunt ut petitioni annueret et arrianos permitteret frui  
 15 pace et sic parceret Ytalis occidendis; quod et fecit compassione Ytalie prouocatus. Ormisda Papa defuncto Iohannes Constantinopoli ad papalem apicem subleuatur. Et dum hec fierent, Theodoricus prauitate heretica concitatus Simachum patricium et Boecium senatorem gladio interfecit, nec in eo  
 20 primis operibus ultima responderunt. Et cum Iohannes Papa a Constantinopoli adueniret, inuenit Rauenne Theodoricum, et cum ei uerba salutis proponere incepisset, ipsum Papam cum hiis qui cum eo uenerant interfecit, indignans quod Iustinus reueritum honorauit. Paucis autem diebus interpositis, Theodoricus sacrilegus arrianus impiam animam Dei iudicio exalauit. Tunc quidam solitarius heremita uidit Iohannem  
 25 Papam et Simachum patricium eius animam deportare, quam in ollam Vulcani, que ipsi litori est uicina, ut executores diuine sentencie proiecerunt. Iustinus uero imperator, cum per  
 30 xi annos apud Constantinopolim regnauisset, in pace quieuit.

*Inscr.* ET HERESIS B // DE om. B // DE THEODORICI HAERESI ET MORTE EIUS *edd.* 1 Mortuo Zenone *edd.* 3 sue om. *edd.* 4 arriano G 6 et Alani B 8 Constantinopolim B 9 restaurari *edd.* 10 gubernare F 12 ut: et a. *corr.* B 13 alioqui *edd.* 14 et om. *edd.* 16 et quod G 18 Constantinopolim A 19 fieret p. *corr.* F 21 Et: Eo Neb. 22 Constantinopolim (a. *corr.* F) FG 26 sacrilegiis *edd.* 27 hemita D

CAP. V

*De Guthide et successoribus eius*

Mortuo Theodorico Ostrogothi nepotem eius Amalaricum in principem elegerunt, set paruo post tempore in Hispania uitam finiuit. Post hunc eciam Ostrogothi cum uoluntate Amalasuente Theudem elegerunt, set quia Theudis Amalasuentem  
 5 paucis diebus interpositis in balneo strangulauit, Ostrogothi regem alium elegerunt, qui Gutis nominabatur. Hic ad regale fastigium eleuatus iuit Ravennam et filiam Eurici regis et Amalasuente regine, quam ibi auus Theodoricus reliquerat, abstulit uiolenter et sibi matrimonio copulauit. Cumque Belesarius Neapolim inuasisset et Gothos cum incolis extinxisset,  
 10 ueniens Romam uoluit Gothos qui inibi habitabant gladio simili extirpare, set qui fugere potuerunt Ravennam ad Gutidem peruenerunt. Gutis autem, ut cognouit talia, statim cum magno exercitu contra Belesarium uenit Romam; Belesarius  
 15 autem non ratus congregari oportunum urbis ianuas fecit claudi et introitus custodiri. Ostrogothi autem extra muros omnia euertebant et incendio consumebant et loca sacra bonis omnibus spoliabant et quoscumque de Romanis habere poterant trucidabant et ciuitatem undique grauiter infestabant. Belesarius uero e contrario firmiter debendebat. Romani tamen calamitate duplici tenebantur, nam foris eos gladius, intus famis penuria affligebat. Cumque per annum fuisset obsessa, in Ravennam celitus territi redierunt. Eo tempore tanta fames inuasit Lyguriam ut, secundum quod predixerat sanctus Dacius,  
 20 Mediolanensis episcopus, matres filiorum carnes carissimas atemptarent. Post hoc iterum Gutis exercitum congregauit et ueniens contra Romanos a Belesario fuit uictus; et crudelitatis sue recipiens talionem, multis de suis occisis, dum ipse fugeret, a Iohanne magistro militum fuit captus et Belesario pre-

---

2 Hispaniam D 4 Amalasuentem A edd. 7 Raueniā FG 8 relinquerat FG 10 Neapolim suasisset G 11 inhibi B 12 Raueniā FG // at a. corr. D 15 facit Neb. 17-18 hominibus G 20 tamen om. Neb. 21 eos s. u. al. m. B 22 affligebant D 24 ut: et FG 26 hec F 28-29 fugeret s. u. al. m. B



- 30 sentatus. Belesarius autem tanta uictoria gloriosus Gutim Constantinopolim secum duxit et optulit eum Iustiniano. Ille autem benigne recipiens honorauit patricia dignitate, et factum patricium, quia esset strenuus, misit eum ad fines Persidis contuendos, ubi et uitam finiuit. Hoc tempore sanctus
- 35 pater Benedictus in monte qui Cassinus dicitur habitabat, et gens Longobardorum, Romani populi tunc amica, Pannoniam possidebat et habebat regem qui Alboim dicebatur. Ostrogothi autem mortuo Gutide super se regem alium leuauerunt nomine Heldebatum, et isto post annum occiso alium prefece-
- 40 runt, qui infra anni circulum uitam finiuit.

---

30 tantus *a. corr.* D 33 strenuss esset *edd.* 36 genus *a. corr.* F // Longuoardorum B 37 Alboinus F, Alboini *Sch. Lor.* 40 intra *edd.*

CAP. VI

*De Totila et actibus eius*

Deinde Totilam elegerunt. Hic fuit strenuus et crudelis, qui suorum exercitu congregato cepit Ytaliam impugnare, et per Campaniam et montem Cassinum, per Lucaniam et per Briciam transeuntes ad regnum Calabriae peruenerunt. Indeque  
 5 mare modicum transeuntes Siciliam occuparunt. Deinde Romam reuersi, quia fame grauissima laborabat, fiducialius obsederunt. Obsessi autem tanta inedia tenebantur ut humanas carnes pro pabulis atemptarent; tandem cede et inopia tabefacti a defensione penitus cessauerunt. Totila autem per  
 10 portam ingressus est Hostiensem et precepit buccinis intonare ut Romani se in latebris occultarent aut ad sanctuaria se transferrent ut a gladio seruarentur; et hoc fecit uolens parcere sanguini Romanorum. Post hec aliquanto tempore ut pater cum filiis habitauit, et cum antea crudelissimus haberetur, hanc humanitatem creditur beati Benedicti monitis  
 15 induisse, ad quem iuerat ut intelligeret si haberet spiritum propheticie. Ciuitates autem Ytalie uariis incursionibus dissipauit: Ciuitatem Castellum, Perusium et Fulgineum et multas Emilie ciuitates cum plurima cede hominum diruit et euertit.  
 20 In tantis uero excidiis aliqui senatores tot calamitatibus cruciati Constantinopolim adierunt et Iustiniano excidium Ytalie nunciarunt. Imperator uero dolore repletus continuo misit Narsim cubicularium eunuchum cum magna multitudine pugnatorum, qui ueniens in Ytaliam Ostrogothis oblita prelia  
 25 reparauit et ad extreme uirtutis ultima cohartauit et regem

---

*Inscr.* THOYLA F 1 Hic: qui *a. corr.* B. 6 quia: ubi (*a. corr.* B) B *Sch. Lor.* // laborabant *edd.* 6-7 fiducialius... tenebantur *om.* *Neb.* 7-8 humanus D 8 pro *om.* D 10 et ut cepit A 11 Romam G 12 transferrent FG // hoc *om.* *Neb.* 12-13 parcerens *a. corr.* B 13 aliquando D 15 beati *iter.* D 16 inerat DG 18 Fulginiam *Sch. Lor.* 19 cete *a. corr.* D 23 Narsem *Neb.*, Narsem *Sch. Lor.*

eorum Totilam interfecit et eos ab Ytalie finibus propulsauit. Ciuitates et oppida que Totila x annis tenuerat romano imperio restaurauit. Reliquie autem Ostrogothorum que remanebant ad ripam Danubii confugerunt et ex tunc Romani a  
30 Gothorum cladibus respirarunt; nec Ostrogothi leguntur regem postea habuisse, nisi quos se Vesegothorum cetui miscuerunt, qui in Hispaniis et Gallia Gothica regnauerunt.

*Explicit Ostrogothorum historia*

---

26 interfecerit *F* 28 restituit *Sch. Lor.* 30 cladibus: incursibus *A* 31 Vesegothi *A*  
32 Hispanis *D*